



*Handwritten text, possibly a signature or title, in cursive script.*

Ee, 4

*Vertical list of handwritten characters or numbers on the right edge of the page.*



76  
X. 19.



CARMINA FVNEBRIA

IN  
PRÆMATVRVM OBITVM

FILIÆ DESIDERATISSIMÆ

VIRI CELEBERRIMI,

DOMINI

FRIDERICI  
HOFFMANNI,

PATRONI & PRÆCEPTORIS NOSTRI VE-  
NERANDI,

M DCC XVII.

*A. d. X. Mensis Quintilis.*

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.



Uæ modò præstantis fuit HOFFMAN-  
NEIA VIRGO

Corporis, ingenuas picta rubore ge-  
nas,

Ecce iacet calido febris confecta furore  
Pallida, nec formæ signa prioris habet:  
Occubuit viridis primo sub flore iuuentæ;  
Proh dolor! ante suum tollitur illa diem.  
Qualiter assidui labor & spes certa coloni  
Immatura perit grandine quassa seges;  
Et grauidâ teneri velluntur ab arbore fœtus,  
Et pubescentem decutit aura rosam.  
Heu mihi! quod morbus nulla sanabilis herba  
Hic fuit, & medicæ nil potuere manus;  
Nilque piæ valuere preces, quas ipse Sacerdos  
Dixerat in templo supplice voce sacro.  
Fundite nunc lacrymas, mœstissima corda, PAREN-  
TES!  
Nulla de hinc maior causâ doloris erit.

Oc-

Occidit exemplum VIRGO spectabile morum,  
Et, qua nata fuit, gloria pulchra domus.  
Delitiæ PATRIS, verissima MATRIS imago,  
Quæ sibi non habeat dexteritate parem.  
Fundite nunc lacrymas, mœstissima corda, PAREN-  
TES!  
Nulla dehinc maior causa doloris erit.  
Et SOROR & FRATRES raptam lugete SORO-  
REM!  
Vt queritur cæsam Daulias ales Ityn.  
Tota domus vultum miserabilis indue tristem!  
En vestris gemitûs misceo & ipse meos?  
Verùm quid profunt lacrymæ, suspiria, planctus?  
Non illam certè iam reuocare queunt;  
Nec debent: namque ætheriâ sublimis in arce  
Viuat, & angelicis est sociata choris,  
Aeternis fruiturque bonis securâ malorum,  
Quæ modò nos cruciant, quæque futura manent.  
Ergò illi lætos non inuideamus honores:  
Quos olim nobis des quoque *MAGNE DEVS!*

IOANNES IOACHIMVS VLRICI,  
HALBERSTADIENSIS - SAXO.


Coz

## Sonnett.

**S**o stierbst Du / Engels Kind / im Frühling Deiner  
Zeit!  
Da Deine Schönheit erst zu blühen angefangen!  
Und hinterlässest uns ein theänendes Verlangen?  
O schmerzlicher Verlust! o großes Herkeleid!  
Zu früh wird Deinem Glanz das finstre Grab bereit!  
Du warst des Vaters Lust / der Mutter süßes  
Brangen:  
Drum ist allzeit Ihr Wunsch zu Gott hinauf gegangen!  
Es möchte seine Huld vor Deine Lieblichkeit  
Zu Ihres Alters Trost ein langes Leben schenden.  
Allein Sie müssen Dich nun auf der Bahre sehn!  
Ihr Seufzen war umsonst. Doch wenn wirs recht be-  
denken!  
So ist / was Gott begehrt / vollkommenlich geschehn:  
Sie batthen ja vor Dich nur um ein langes Leben;  
Der Höchste hat Dir gar ein ewiges gegeben.

George Busini

M. R.



Ua 933<sup>a</sup>  
I. 4<sup>o</sup>

ULB Halle 3  
003 591 591





CARMINA FVNEBRIA

IN  
PRÆMATVRVM OBITVM

SIDERATISSIMÆ  
CELEBERRIMI,  
DOMINI

DERICI  
FMANNI,

ÆCEPTORIS NOSTRI VE-  
ERANDI,

M DCC XVII.

X. Mensis Quincifilis.

MAGDEBURGICÆ,  
ANI HENCKELII, Acad. Typogr.

